corporalem non se missum exhibere, nisi solis iudeis qui uiderunt
et occiderunt. Et tamen q inde et multi ... et ante et postea credi
derunt. Messis prima de cruce uentilata est, ut esset semen
unde alia messis consurgeret. Nunc uero cum fama euangelii
et bono eius odore excitati credunt fideles eius per omnes gentes.
erit expectatio gentium. quando ueniet qui iam uenit. quan
do ab omnibus uideatur qui tunc a quibusdam uisus est. a quibus
dam uisus non est. quando ueniet iudicaturus qui uenit iudi
candus. quando ueniet discreturus qui uenit ut non discerne
ret. Non enim ab impiis xps est discretus. sed cum impiis
iudicatus. De illo enim dictum est. et inter iniquos deputatus est.
Latro euasit xps damnatus est. Accepit indulgentiam criminosus.
damnatus est qui omnium crimina confitentium relaxauit. Tamen
et ipsa crux. si adtendas tribunal fuit. In medio enim iudice
constituto. unus latro qui credidit liberatus. Alter qui insul
tauit. damnatus est. Iam significabat quid facturus esset de uiuis
et mortuis. Alios positurus ad dexteram. alios ad sinistram.
similis ille latro futuris ad sinistram. similis alter futuris ad dex
teram. Iudicabatur. et iudicium minabatur. EXPLICIT
XXXIIII INCIPIT VIIII

AB EO LOCO UBI AIT. IN NOUISSIMO AUTEM DIE FESTIUITATIS
STABAT IHS ET CLAMABAT DICENS: SI QUIS SITIT UENI
AT AD ME ET BIBAT. USQ; AD ID QUOD AIT. NON ENIM
ERAT SPS DATUS. QUIA IHS NONDUM FUERAT GLORIFICATUS

INTER dissensiones et dubitationes iudeorum.
de dno ihu xpo inter cetera que dixit. quibus alii confun de
rentur. alii docerentur. nouissimo festiuitatis illius die tunc
enim ista agebantur. quae appellatur scenophegia. id est taber
naculorum constructio. De qua festiuitate. iam antea memi
nit caritas uestra fuisse disseratum. Uocat dns xps et hoc non
utcumque loquendo sed clamando. ut quis sitit ueniat ad eum.
Si sit(imu)s accedamus et non pedibus sed affectibus. nec migrando sed
amando ueniamus. quae secundum interiorem hominem. et qui amat
migrat. Et quia aliud est migrare corpore. aliud corde. migrat
corpore qui motu corporis mutat locum. migrat corde qui

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_207/0065